



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Philemon M. 8. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

158 VITÆ SANCTORUM. 8. Mart.

Non debet fidelis anima, quæ Anglorum consortia concupiscit, dæmoniorum fibus delectari: quicunque vel est Templum Dei, vel esse desiderat, sollicitè caveat, ne non a sectando destinens esse templum Dei habitatio tenebrarum, fiat Dæmonis monumentum. S. Max. de Circumcis.

S. PHILEMON M. 8. Martij.

Edit hodie calo risum PHILEMON, cùm terris tantum pararet nimis doctus minus. Apollonius Christianus sacrificare Diis jussus, cùm & scelus facere, &, nî faceret, poenas dare metueret, auro PHILEMONEM corruptit, iubetque ut Apollonium interim induat, dum sacrificet. Ille dum Apollonium veste, vultu gestuqüe mentitus omnium oculos, &, quod mirere, suos adeò fällt, repente advertit non vestem modò, sed animum etiam Christianum se induisse. Crucis signo (ipse se miratus) armat. Negat dæmonibus litaturum. Denique jam non agere Christianum, sed esse talis videtur. Nempe furere Apollonium exclamat Praeses Arrianus, jubet tibicinem PHILEMONEM adesse, qui mulceret insipientem. Mox re omni intellecta cachinnum tollit, acclamat, plaudit, bellissimam fabulam multis laudat, nimisque bene simulasse PHILEMONEM Christianam religionem ait. At PHILE-

MON

9. Mart. VITÆ SANCTORUM. 159
MON serius jam soccos exuerat, & co-
thurnos induerat. Quare ad preces ejus
tibiæ igne cælesti exustæ; ipse, cùm ma-
nus adinovere, & aquam nemo auderet,
à cælesti manu è nube aquâ primum,
mox sanguine suo, flagris cæsiis, lustra-
tus est. Inde unà cum vero Apollonio
trajectis ferro pedibus per urbem rappa-
tus. Ultimò ad arboris truncum religa-
tus, & sagittis impetratus est. Sed hæ om-
nes vel in aëre steterunt, vel in arborem
exerrarunt. Una etiam viam relegit, ocu-
loque judicis Arriani hæsit. Vedit tamen
hic etiam, quam ante non viderat, fidei
lucem, injecto (contrà, quā fieri a-
mat) in oculum è PHILEMONIS tumulo
pulvere. Ex Metaphr.

Spirituales piratae metuendi sunt, qui
non solum corpora hominum, sed & ani-
mas spoliare consueverunt; qui non tam aurum
mundi quam aurum fidei auferre ni-
tuntur; qui non seculi substantiam, quam
Christi sapientiam deprædantur. S. Max.
hom. de non timend. host. Carn.

SS. XL. MM. SEBASTENI. 9. Martij.

A Mbulaverat per omnes cruciatus im-
pietas, & exausta tellus nulla jam re-
liqua tormenta habuit; cùm ecce ad a-
quas, & aërem est itum. Nudi sub frigi-
dissimo cælo X L. Heroes Sebasteni in
lacu collocantur gelu rigente. Sed ther-
mas putassem, ita nunquam aliæ
major